Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift

lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes: et
mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur
galilei sunt. Et quomodo nos audiuimus unusquisque lingua
nostra in qua nati sumus. Parthi et medi et elamite qui
habitant in mesopotamiam. iudeam et cappadociam. pontum
et asiam. frigiam et pamphyliam egyptum et partes lybie
que est circa cyrenen et aduene romani. iudei quoque et pro
selyti. cretes et arabes: audiuimus eos loquentes nostris
linguis magnalia dei. GR. Gaudete gentes omnes quoniam deus es
plus quem elegit in hereditatem sibi. V. Verbo domini celi firmati sunt et spiri
tus eius omnis virtus eorum. Alla. V. Emitte spiritum tuum et creabuntur et re
nouabis faciem terre. Alla. V. Deus qui corda fidelium
et tui amoris in eis igniem accendisti. Sequentia
Sancti spiritus assit nobis gratia. Que corda nostra sibi faciat habitaculum
Expulsis inde cunctis viciis spiritalibus. Spiritus alme illuminator
hominum. Horridas mentis purga tenebras. Amator sancte semper
cogitationum. Infunde iucunde tuam clemenciam nostris sensibus. Tu
purificator omnium flagitiorum spiritus. Purifica nostri odii interioris hominis
Ut videri supremum gaudium possit a nobis. Mundi cordis quem solum
nosse possunt oculi. Prophetas tu inspirasti ut precinia christi pauisset
incita. Apostolos confortasti vt trophea christi per totum mundum iaceret
Quando machinam perfidum suum fecit deus celi terre maris. Tu super aquas
fouisti eas imminen tuum expandisti spiritum. Tu animabus vinificandis aqas
fecundasti. Tu aspirando das spiritales esse homines. Tu diuisum per lin
guas mundum et ritus adunasti omnium. Idolatras ad cultum dei inuocans
magistrorum optime. Ergo nos supplicantes tibi exaudi precamur sancte spiritus
Sine quo preces omnes casse creduntur et indigne dei auribus. Tu qui
omnium seculorum sanctos. Tu in mentibus docuisti insinuasti amplectendi spiritum
Ipse hodie apostolis christi. Donans munere insolito et cunctis inaudito secu
li. Hunc diem gloriosum fecisti. Secundum ata Johannem
In illo tempore dixit dominus: Si quis diligit me: sermonem
meum seruabit. Et pater meus diliget eum. et ad eum veniemus